

一月一日 聖誕八日慶日

白色一等

依 9 : 6 ; 詠 97 : 1

Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius impérium super húmerum eius: et vocábitur nomen eius magni consílii Angelus. Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit. Ū. Glória Patri

Deus, qui salútis æternæ, beátæ Mariæ virginitáte fecúnda, humano generi præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit

鐸 2 : 11 – 15

Caríssime: Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut, abnegántes impietátem et sæculária desidéria, sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc sæculo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri Iesu Christi: qui dedit semetípsum pro nobis: ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum. Hæc lóquere et exhortáre: in Christo Iesu, Dómino nostro.

詠 97 : 3 – 4 , 2

進臺詠

有一嬰孩為我們誕生了，有一個兒子賜給了我們；祂肩上擔負著王權，祂的名字要稱為神奇的謀士。——請眾向上主歌唱新歌，因為祂行了奇事。——願光榮歸於父……。

集禱經

天主，你藉聖母瑪利亞的童貞懷孕，賜給了人類永遠得救的洪恩，求你使我們感到她為我們轉禱的功效，因為我們既由她承受生命之源、你的子、我們的主耶穌基督，他和你及聖神……。

書信

弟兄們：天主救眾人的恩寵已經出現，教導我們棄絕不虔敬的生活，和世俗的貪慾，有節地、公正地、虔敬地在今世生活，期待所有希望的幸福，和我們偉大的天主及救主耶穌基督光榮的顯現。他為我們捨棄了自己，是為救贖我們脫離一切罪惡，洗淨我們，使我們能成為他的選民，叫我們熱心行善。你要宣講這些事，以全權規勸和指摘。

臺階詠

Viderunt omnes fines terræ salutare
Dei nostri: iubiláte Deo, omnis
terra. Notum fecit Dominus salutare
suum: ante conspéctum géntium
revelávit iustitiam suam.

希 1 : 1 – 2

Allelúia, allelúia. Multifárie olim
Deus loquens pátribus in Prophétis,
novíssime diébus istis locútus est
nobis in Fílio. Allelúia.

路 2 : 21

In illo témpore: Postquam
consummáti sunt dies octo, ut
circumciderétur Puer: vocátum est
nomen eius Iesus, quod vocátum est
ab Angelo, priúsquam in útero
conciperétur.

Credo

詠 88 : 12 , 15

Tui sunt cœli et tua est terra: orbem
terrárum et plenitúdinem eius tu
fundásti: iustítia et iudícium
præparátio sedis tuæ.

Munéribus nostris, quæsumus,
Dómine, precibúsque suscéptis: et
cœléstibus nos munda mystériis, et
cleménter exáudi. Per Dóminum
nostrum

Vere dignum et iustum est, æquum
et salutáre, nos tibi semper et ubíque
grátias ágere: Dómine sancte, Pater
omnípotens, ætérne Deus: Quia per
incarnáti Verbi mystérium nova
mentis nostræ óculis lux tuæ

全球看見了我們天主的救恩。普
世大地，請向上主歌舞，請踴躍
上主已經宣佈了自己的救恩，將
自己的正義已啟示給萬民。

亞肋路亞

天主在古時，曾多次並以多種方
式，藉著先知對我們的祖先說過
話。但在這末期內，他藉著自己
的兒子對我們說了話。亞肋路亞。

福音

那時候：滿了八天，孩子應受割
損，遂給他起名叫耶穌，這是他
降孕母胎前，由天使所起的。

信經

奉獻詠

高天是屬祢的，厚土也是屬祢的
寰宇及其中的一切是祢奠定的。
正義和公理是祢寶座的基礎。

密禱經

上主，請你收納我們的獻禮和祈
禱，並求你以此天上的奧蹟淨化
我們，及仁慈地俯聽我們所求。
因我們主……。

聖誕頌謝詞

主，聖父，全能永生的天主，我
們時時處處感謝祢，實在是理所
當然的，並能使人得救。因為藉
著聖子降生的奧蹟，祢榮耀的新
光，照亮了我們的心目，使我們

claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter
Deum cognóscimus, per hunc in
invisibílium amorem rapiámur. Et
ídeo cum Angelis et Archángelis,
cum Thronis et Dominatiónibus
cumque omni milítia cæléstis
exércitus hymnum glóriæ tuæ
cánimus, sine fine dicéntes:

詠 97 : 3

Vidérunt omnes fines terræ salutáre
Dei nostri.

Hæc nos commúnio, Dómine,
purget a crimine: et, intercedénte
beáta Vírgine Dei Genetríce María,
cæléstis remédii fáciat esse
consórtes. Per eúndem Dóminum
nostrum

由於認識降生可見見的天主，
而嚮慕不可見的事理。為此，我
們隨同天使，總領天使，以及天
上神聖，歌頌祢的光榮，不停地
歡呼：

領主詠

全球看見了我們天主的救恩。

領聖體後經

上主，切望我們這次所領的聖體
清除我們的罪惡，並因童貞天主
聖母榮福瑪利亞的轉禱，使我們
參享天上的良藥。因我們主……。